manuscript

Seite 180v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

lux est puritas lux est caritas
que non querit que sua sunt / Hec
precedat et pes linguę in incerto
non ponitur. Superbo oculo ve
ritas non videtur. sincero patet
Non est quod se veritas deneget in
tuendam puro cordi. ac per hoc
ne eloquendam. Peccatori autem dixit deus
Quare tu enarras iusticias meas
et assumis testamentum meum
per os tuum. Multi puritate negle
cta cum loqui quam videre conati sunt
et aut graviter erraverunt nesci
entes de quibus loquerentur / neque
de quibus affirmarent / aut turpi
ter viluerunt / dum qui alios
docerent seipsos non docuissent. A
quo nos sermo malo semper cu
stodiat exoratus, a nobis sponsus
ecclesie Ihesus Cristus dominus noster. qui
est super omnia deus benedictus
in secula Amen. Sermo lxx9

Capite nobis vulpes
parvulas que demo
liuntur vineas. nam
vinea nostra floruit. Liquet
quod non otiose ad vineas itum sit
quando ibi inventę sunt vulpes demo
lientes eas. Sed quidem istud Sponsus
aut quid dominum omnia sane ut com
munem et usitatum sed sensum
ab hac explanatione penitus respu
amus. utpote ineptum et insulsum
indignumque plane qui recipiatur
in scriptura tam sancta. tam au
tentica. Nisi quis forte tam vecors

et amens stolidus sit / ut pro magno
habeat didicisse ex ea instar filiorum
huius seculi curam gerere terrenarum
possessionum / custodire et defen
dere vineas / ab maleficiantibus bestiis
ne forte contingat amittere fictum
vinum in quo est luxuria similiter perdat
opera et impensa / Grande scilicet
dampnum ut propterea librum istum
tanto studio tanta cum veneratione
legamus / quod docemur in eo a vul
pibus vineas custodire. ne in ex
colendis illis frustra marsupia
vacuent / si in custodiendis illis
pigri fuerimus / Non estis tam
rudes neque adeo spiritualis expertes
gratie ut ista carnaliter sapiatis.
Certo in spiritu ista queramus. Ubi sa
ne invenimus spiritu quidem intel
lectu sensuque nichilominus digno
et vineas florentes et vulpes de
molientes / in quibus capiendis
vel admovendis / et honestius la
boratur et fructuosius. Tum vos du
bitatis longe vigilantius insiste
dum mentibus servandis / quam
fructibus longe curiosius inveni
landum cavendum propter illas spiritu
alibus nequicias / quam capiendis
propter istas fraudulentis vulpe
culis. Sed iam a me demicande spiritualis
spiritales iste tam vites quam vulpes
Videat interest filii sue quemque vi
nee providere / cum me disputante
advertit in quibus sibi et a quibus
bus maxime sit cavendum. Puto · l·